Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

SALOIS

puerum. Et ut sint intellisibi-
et equi nuenientibus sacietam.
Accipite disciplinam meam et nõ pe
quam doctrinam magis quã aurum
electe. Melior est enim sapientia cunc
tis opibus pciosissimis et omne de si
derabile ei non pt compari. Ego sapi
entia habito in consilio et eruditis in
ter sunt cogitationibus. Timor dñi
odit malum arrogantiam et superbiã
et viam prauam et os bilingue de tes
tor meum est consilium et equitas.
mea prudentia mea est fortitudo per
me reges regnant et legum condito
res iusta decernunt. Per me principes
imperant et potentes decernunt iusti
am. Ego diligentes me diligo et qui
mane vigilauerint ad me inuenient
me. Mecum sunt diuitie et gloria opes
superbe et iustitia. Melior est fructus meus
auro et lapide pretioso et generationes meae
argento electo. In viis iustitie ambu
lo in medio semitarum iudicii ut
ditem diligentes me et thesauros eo
rum impleam. Dominus posset
me initio viarum suarum. ante quã
quidquã faceret a principio. Ab eterno or
dinata sum et ex antiquis ante quã
terra fieret nec dum erant abissi et ego
iam concepta eram nec dum fontes
aquarum erupant nec dum ~~fontes~~
montes gravi mole consistebant
ante colles parebar. Adhuc terram
non fecerat et flumina et cardines or
bis terre quando preparabat celos ad eam
quando certa lege et gyro vallabat
abyssos quando aetheria firmabat
sursum et librabat fontes aquarum
Quando circumdabat mare terminum
suum et legem ponebat aquis ne
transirent fines suos quando appe
hendebat fundamenta terre cum ipso
eram cuncta componens et delectabar
per singulos dies ludens coram eo omni
tempore ludens orbe terrarum et deliti
cie mee cum filiis hominum. Nunc ergo
filii audite me beati qui custodiunt
vias meas. Audite disciplinam et es
tote sapientes et nolite abicere eam.
beatus homo qui audit me et qui vi
gilat ad fores meas cotidie et obser
vat ad postes hostii mei. Qui me
inuenerit inuenet vitam et hauri
et salutem a domino. Qui autem me
peccauit ledet animam suam omnes
qui me oderunt diligunt mortem.

IX

Sapientia
edificauit sibi domum exci
dit columpnas septem in
molauit victimas suas miscuit vi
num et proposuit mensam suam.
misit ancillas suas vocarent ad
arcem et ad menia ciuitatis. Si quis
est paruulus veniat ad me insipienti
bus locuta est venite et comedite pa
nem meum et bibite vinum quod
miscui vobis. Relinquite infantiã
et viuite et ambulate viias pruden
cie. Qui erudit irrisorem ipe sibi in
iuriam facit et qui arguit impium
gignit maculam sibi. Noli arguere de
risorem ne oderit te. Argue sapientem
et diliget te. Da sapienti occasionem
et addetur ei sapientia. Doce iustum
et festinabit accipere. Principium
sapiencie timor domini. scientia sã
ctorum prudentia. Per me enim multipli
cabuntur dies tui et addentur tibi ann